

fuit. Hic anno 1601, die 25 novembris, factus est procurator hujus domus; deinde, anno 1604, per capitulum generale prior institutus domus Lyranae. Anno vero 1608, electus est in priorem hujus domus, suffectus nimirum patri Herculi Winckelio, tum instituto per generale capitulum in priorem domus Bruxellensis. Anno 1610, ipso die Cinerum, institutus fuit prior dictae domus Bruxellensis, et visitator hujus provinciae. Anno 1614, ordinatus fuit prior domus sanctae Sophiae Sylvaeducis, et convisitator provinciae. Denique anno 1627, per capitulum generale ad suam magnam instantiam raro exemplo misericordiam sepius imploratam tandem obtinuit, sub praetextu quidem senii ac infirmitatum suarum, sed re vera amore quietis et solitudinis, qua nihil illi jucundius atque desiderabilius.

Manuscrit n° 771a, aux Archives générales du Royaume, à Bruxelles.

LA FONDATION DE LA CHARTREUSE DE LOUVAIN
ET LES PRIEURS DE CE COUVENT JUSQU'EN 1762.

Nous donnons, d'après PAQUOT, *Fasti academici manuscripti*, l'histoire de la fondation de la chartreuse de Louvain, ainsi que la série des prieurs du couvent jusqu'en 1762. Cette notice peut servir de complément aux deux fragments de la chronique de ce monastère que nous avons publiés précédemment.

E. R.

Cartusiani fundum suum Lovanii acceperunt anno 1486, loco solitudini apto in parocchia sancti Jacobi, haud procul urbis moeniis, liberalitate Walteri Watelet, alias Henrici, praepositi ad sanctam Aldegundem Malbodii (*Maubeuge* in Hannonia) et scholarchae ad sanctam Gudilam, Bruxellis.

Fuerat is quondam cantor et sacellanus Caroli, Burgundiae et Brabantiae ducis. Fuit et canonicus Lovanii ad divum Petrum, ubi festum recollectionis festivitatum Virginis Matris instituit.

Praeter alia aliis dona, quatuor terrae jugera et pecuniam aliquam fundandae Lovanii cartusiae reliquit, reique administrationem commisit Henrico de Duyvelandt, priori cartusiae ad sanctam Catharinam haud procul Antverpia, qui novae coloniae incolas anno 1491, mense octobri, tres submitit. Decessit fundator anno 1494, pridie nonas decembris (non viij eidus, ut alicubi Valerius Andreas). Accessit deinde aliorum pietas: Joannis Overhof, civis Antverpiensis; Margaretae, quondam nuptae Carolo, Burgundiae duci; Aegidii de Platea, Hannoniae in dioecesi Leodiensi, cui tunc suberat Lovanium, archidiaconi; Nicolai Dreyser, sacerdotis; Gasparis de Kinschot, gymnasiarchae ad Falconem; Simonis de Slusa, praepositi Machliniensis et Ultrajectensis; Francisci Buslidii, archiepiscopi Vesuntini; Walteri Zielens, Sylvaeducensis; Catharinae Absaloens; Walteri et Gisberti Gillis, mercatorum Antverpiensium; Nicolai Ruter, episcopi Atrebatensis; Petri Coelkies, Antverpiani; Joannis, domini de Bergis.

Primae duae cellae anno 1492, ultima seu vicesima prima anno.....

Coemeterium a Joanne, Cyrenensi episcopo ac suffraganeo Leodiensi, consecratum pridie nonas septembris 1492. Templi fundamenta jacta die 30 maji anni 1498; tectum opertum post biennium, tum anno sequenti perfecta camera seu testudo, omnia fere sumptibus Gisberti Gillis, Antverpiani mercatoris. Templum, divae Magdalenae sacrum, consecravit, 18 julii 1501, Libertus, episcopus Berytensis, cum Joanne, episcopo Cyrenensi, suffraganeus uterque Leodiensis.

Clausura monachorum absoluta anno 1504, eodemque [domus] incorporata ordini. Non facile majorem aut speciosiorum alibi videas ambitum; is, fenestris ... cinctus, est iconum

vitro appictarum elegantia notabilis, habetque universim passus 540. In eo seu cella ejus una dux Arschotanus habitare aliquamdiu voluit, Heverleense prae eo castellum despiciens. In medio choro sepultae ducissae de Feria, aurei Velleris matronae.

Priores.

Joannes Schullinck, Gandavi ordinem professus et prior Delphensis, cartusiam Lovaniensem inhabitare coepit anno 1491, ac *rektoris* titulo eidem praefuit circiter annis quatuor. Ei successit anno 1495, die 23 novembris

I. — *Joannes Petri*, alias *Delphius*, Delphis Batavorum professus, ac ibidem prior. Qui Lovanii tanquam rector praefuit annis prope decem. Hujus tempore, anno 1504, cartusia, procurante Arnaldo Helmont, priore Antverpiensi, ordini incorporata est, idemque Delphius in primum hujus domus *priorem* electus; quam eo titulo adhuc rexit annis viginti. Onus deinde senex deposuit anno 1525. En tibi sequentium priorum seriem :

II. — 1525. — *Theodoricus Persyn*, de Amsterdams, antea ab anno 1515 domus procurator, hic professus (uti tres sequentes) et ipse quidem anno 1511¹. Obiit circa annum 1537.

III. — 1536. — *Franciscus Talemannius*, de Edam, ordinem professus hic anno 1513²; e virginum cartusianarum Brugis ab anno 1526 vicario prior. Obiit 21 decembris 1539.

IV. — 1539. — *Theodoricus Simonis*, de Hemstede, primus ex professis domus hujus vicarius. Vota nuncuparat festo³ cathedrae sancti Petri anno 1506. Vir insignis probitatis.

V. — 1542 *vel circiter*. — *Florentius*, patria *Harlemensis*; receptus anno 1528, praefuit anno uno et paucis diebus.

¹) Paquot se trompe en cet endroit. Le père Persyn fit sa profession le 18 novembre 1510; voyez *Analectes*, XIV, p. 280.

²) Voyez *Analectes*, XIV, p. 285.

³) Lisez *profesto*; voyez *Analectes*, XIV, p. 269.

Vicarius Lovaniensis. Obiit anno 1543. Fuerat alumnus collegii Atrebatensis et philosophiam audierat in paedagogio Porci.

VI. — 1543. — *Everardus Velthoven*, Bruxellae professus. Rexit annis tribus cum dimidio; tum Bruxellam repetiit.

VII. — 1545. — *Hubertus Knobbaut*, Bruxellensis, sed ordini adscriptus Lovanii, uti etiam quinque subsequentes. Praefuit annis novem, alii dicunt septem. Primorector. Professus erat anno 1532 vel 1533, festo Barnabae. Fuit antea procurator ab anno 1541 Amstelodamensis. Quinque locis vicarium, etiam aedituum (*sacristam*) egit. Obiit ac sepultus est Lovanii 19 aprilis 1571, annos cum seculo numerans¹, electus tum prior Basileae, quo se conferre nequirit. Ex priore Lovaniensi sacrista Lyrae.

VIII. — 1551. — *Joannes Zurpel*, Lovaniensis. Vota emiserat hic anno 1543 vel circiter. Anno vero 1560, in priorem trigesimum primum Leodiensem electus. Obiit anno 1562, die sanctae Agathae, cum Lovanio transiret, ubi et sepultus est.

IX. — 1560. — *Petrus de Merica (Van der Heyden)*, Lovaniensis, professus anno 1541; e vicario ab anno 1555, prior. Obiit Leodii 29 septembris 1579.

X. — 1579. — *Guilielmus Beyerens*, Bommelensis, ordinem professus anno 1562. Prior mense decembri anni 1579. Onere se levavit apoplexia laborans anno 1596, et Leodium missus est. Decessit anno 1603 vel 1604, mense augusto. Fuerat diu Lovanii vicarius.

XI. — 1596. — *Arnoldus Havens*, Buscoducensis; theologiae doctor. Professus erat Lovanii anno 1587, investitus mense octobri anni 1586²; ac post paucos menses Lovanii procurator. Prior ad sanctam Sophiam et convisitator provinciae anno 1590; Leodii prior trigesimus sextus anno 1595, ad annum. Post,

¹) C'est-à-dire, né au commencement du siècle, ou âgé de 71 ans.

²) Voyez ci-dessus, p. 211.

anno 1598, ad capitulum se confert, ubi eligitur iterum, a demissione Philippi Van Belle, prior Leodiensis jam trigesimus octavus; anno sequenti prior Bruxellae. Absolvitur ab his officiis anno 1601, mittiturque Ruraemundam; paulo post iterum Lovanium, ac brevi vicarius ad sanctam Sophiam. Eligitur prior Gandae 1604; rursus visitator anno 1610; et post paucillum moritur.

XII. 1598.—*Michaël Jensema*, Lovaniensis, antea ab anno 1595 prior ad sanctam Sophiam. Ordinem professus Lovanii nonis septembris anni 1571. Fuit primum novem annis aedituus, dein anno 1590 procurator Lovanii; post, anno 1599, prior Leodii trigesimus nonus. Rediit ad sanctam Sophiam anno 1608; prior per annum, mox Lovanium remissus. Eligitur prior Casell¹; ex qua domo Lovanium iterum rediit.

XIII. — 1599. — *Hercules Winckel*, ordinem professus Bruxellis, ubi et prior fuerat. Eo rediit anno 1608.

XIV. — 1608. — *Joannes Emichoven*, prope Heusdam in Batavia natus, cartusiae Lovaniensis alumnus, ut etiam sequentes quinque. Fuerat prior domus Lyrae ab anno 1604. Professus anno 1598, ac primum procurator Lovanii. Bruxellae prior decimus quartus anno 1609, et visitator; tum anno 1614, prior ad sanctam Sophiam et convisitator. Interea domui Lovaniensi praefuit usque ad capitulum generale anni 1610 habitum².

Godefridus ab Halmael, Antverpianus, vicarius Lovanii aliquando et Bruxellae, ante rector cartusiae Lyrae; de quo notatur formandis characteribus seu scriptura excelluisse; professus Lovanii 1 octobris 1570.

¹) *Lisez Casterensis*, de Casteren. Le couvent dit de Sainte-Sophie et situé à Vught près de Bois-le-Duc, avait été transféré par le prieur Jensema à Casteren, près de Boxtel, à la suite des guerres religieuses des Pays-Bas.

²) Voyez ci-dessus, p. 213. En cet endroit, Paquot n'est pas entièrement d'accord avec la *Chronique* en ce qui concerne les dates.

XV. — 1610. — *Joannes Baptista Daniels*, Antverpiensis, professus 21 octobris 1594. Fuit aedituus, procurator ab anno 1597; prior Lyrae anno 1601, ac Brugis 1604. Officio prioris Lovanii absolutus anno 1615.

XVI. — 1615. — *Lucas Paludanus*, itidem Antverpiensis, ordinem professus 25 novembris 1602, antea Lili alumnum. Vicarius anno 1605, procurator anno 1606.

XVII. — 1625; *alii dicunt* 16 augusti 1627. — *Gisbertus Baukusius (Bauhuysen)*, Antverpiensis, professus Lovanii anno 1598. Prior Bruxellae anno 1605, Brugis anno 1608. Anno 1609, convisitator; anno 1614, prior iterum Bruxellae.

XVIII. — 1630. — *Petrus Christophorus Vanden Heetvelde*, Lovaniensis. Praefuit annis quadraginta duobus. Antea vicarius Diestae, deinde ex convisitatore visitator.

XIX. — 1672. — *Joannes Wolff*, Lovaniensis. Lovanii professus anno 1659, praefuit mensibus quinque, antea prior Diestensis.

XX. — 1672 *vel* 1673. — *Hugo Molingen*, Dalemensis, Leodii ordinem professus.

XXI. — 1677. — *Reinerus Van Esch*, Buscoducensis, ordini adscriptus Lovanii, ubi etiam sacristam et vicarium egit; quo postremo munere etiam Angiae seu in Capella functus est.

XXII. — 1696. — *Franciscus Bodart*, Wavriensis, Gallo-Brabantus, Lyrae cartusiae alumnus.

XXIII. — 1694. — *Philippus Uten*, Coloniensis, alumnus cartusiae Leodiensis.

XXIV. — 1699. — *Willibrordus Bakenbergh*, ex Olmen, ordinem professus in cartusia Zeelhemensi juxta Diestam.

XXV. — 1706. — *Barnabas de Bargas*, Ostendanus, Lovanii professus, ut et sequens.

XXVI. — 1712. — *Petrus ab Eynatten*, Lovaniensis.

XXVII. — 1718. — *Philippus Joly*, Antverpiensis, in patria professus. Praefuit circiter anno uno.

XXVIII. — 1719. — *Andreas Langenhoven*, patria et coenobio Bruxellensis.

XXIX. — 1722. — *Bruno Hermans*, Diestensis, alumnus domus Lyrae.

XXX. — 1724. — *Henricus Geelen*, Ruraemundanus et patriae cartusiae alumnus.

XXXI. — 1735. — *Bernardus Billet*, Gandensis et Gandavi professor, quemadmodum duo sequentes.

XXXII. — 1738. — *Bruno De Cocq*, Gandensis.

XXXIII. — 1739. — *Dominicus Everaerts*, ex sancti Amandi, Wasianus.

XXXIV. — 1745. — *Hugo Van Duren*, ex Isca superiori ad alterum a Lovanio milliare, ubi ordinem professus est.

XXXV. — 1754. — *Bernardus Michercux*, Leodiensis in patria ordini adscriptus. Obiit anno 1762.

DOCUMENTS RELATIFS A L'ABBAYE DE HERCKENRODE.

Dans ses *Notices sur les églises du diocèse de Liège*, IV, pp. 5-138, M. le professeur Daris a publié le résumé des documents relatifs à l'abbaye de Herckenrode d'après le cartulaire de ce monastère conservé au séminaire de Liège. Nous donnons aujourd'hui *in extenso* quelques-uns de ces documents suivant la copie qui en a été faite, par M. D. Van de Castele, archiviste adjoint de l'Etat, à Liège, sur les originaux reposant dans différents dépôts publics de la Belgique.

E. R.

I.

Le chapitre de Saint-Barthélemi, à Liège, déclare avoir vendu à l'église de Herckenrode la part qu'il possédait dans la forêt de Dondersloe¹.

1209.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego THOMAS, sancti Bartholomaei praepositus, HERIBERTUS, decanus, totumque capitulum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quotiens aliquid dicto vel facto agitur, quod ad posterorum noticiam necessario spectare videtur, utile ac decens est, ut litterarum memoriae tenaciter ac fideliter commendetur. Unde notum esse volumus tam futuris quam praesentibus, quod nos illam partem silvae in Donscelre, quae ad nos pertinebat, ecclesiae de Herckenrode rationabiliter et integre vendidimus, et fundum eidem contulimus pro xv denariis Leodiensis monetae, in octavis apostolorum ecclesiae nostrae annuatim persolvendis, jure hereditario possidendum.

¹) *Dondersloe* ou *Dondersloo*, dépendance du village de Meuwen, située entre cette localité et Oplabbeek.